quia expedit ei ita. Ne aūt impossibilitatē sanitatis eius sermonibus meis putetis ait ei. Surge petronilla ⁊ ministra nobis. Qui post refectionem iterū ait ei vade ⁊ iterum sis infirma. Cum autem perfecta esset ⁊ plena in charitate dei perfecte sanata est. Post hoc petro in celis cum christo iam regnante quidam comes flaccus ad petronillam cum multis armatis venit vt eam acciperet in vxorem. Que ait illi cur ad inermam puellam venis cū armatis. Si me vxorem habere cupis mitte nobiles cum quibus post tridū ad te venire possem. Sciebat enim se spōso suo christo coniungendam in hoc triduo. tota diuinis intenta cum felicula virgine collectanea sua. Tertia die corpore christi suscepto reclinans se in lecto coram matronis que conuenerāt tradidit spiritum. Et sic nuptias deus in exequias conuertit. Tunc comes ille animum ad sanctam feliculam cōuertit que dum renuerat. quia cristum in sponsum habuerat. Primo incarceratur ⁊ per mltos dies fame cruciatur. Secūdo in eculeo torquetur. Tertio in cloacam proijcitur. Cuius corpus sanctus Nicomedes inde extrahens honorifice sepelliuit.

e kal' Nic Junius I

Rome dedicatio basilice scī nicomedꝭ pbsiteri ⁊ martyrꝭ. Passio aūt eiꝰ colit xviij. kal'. octobris passus est aūt sub domiciano īpatore rome via numētana. Postq̃ eīn corpꝰ petronille sepellissꝫ ductꝰ ē ad sacrificādū ydolis qui cū diceret ego n̄ sacrifico nisi deo omīpotēti qui regnat ī cel'. plumbatis diutissime cesus migrauit ad dn̄m. Corpus vero eius in tyberim precipitatum est. q̄ iustus presbiter collegit ⁊ sepelliuit. ¶ Itē scōꝝ Sisinnij